

Die Urkunden der Burgundischen Rudolfinger, 31

In nomine dei aeterni. Chuonradus serenissimus rex. Satis possumus, quod rectum esse videtur, corroborare. Quapropter notum sit omnibus nostris fidelibus, qualiter Odolricus comes adiit regiam magnitudinem nostram petens nos, ut homine Bercario talem potestatem, quod habuimus in Rocchonuillare, illi per hoc nostrum preceptum concederemus; quod et fecimus. Volumus, ut dictus Bercharius dicto censo habeat, sicut superius diximus, ex curte Tuotzane; per hoc nostrum scriptum habeat atque possideat. Ut autem hoc nostrum scriptum ab omnibus observetur futuris temporibus pro omni stipulatione subnixa.

Signum (MF.) domni Chuonradi regis.

Aeinricus notarius advicem Amonis episcopi recognovi. (SI.2)

Data XIII kl. iul. anno XII regnante domno Chuonrado rege.